



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 vtrum religio sit præferenda alijs virtutibus moralibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

securitatem in hac re facit, quia considerantur actus religionis non formaliter, quatenus religionis solius sunt, sed quasi vestiti ab aliqua alia virtute. Sicut cum oratio petit Deum propter Deum, & huiusmodi, imperata a charitate hoc facit. Cum inquitur diuino auxilio, imperata a spe hoc habet. Cum contemplationi diuina insitit, a fide, & domis intellectus ac sapientiae mouetur, & sic de similibus dicendum est. In hoc ergo oportet resolueri, quod actus religionis, pro quanto religionis pura sunt, nos, nostraque attingunt, ut materiam, quam Deo offerunt: ita quod sicut cum genu flectimus, ipso actu membra nostra offerimus eorum officio, ita actibus intellectus, & voluntatis ipsas virtutes offerimus eorum officio. Et quia voluntas cetera mouet, per ipsam etiam reliqua offerimus. Pro quanto uero quandoque actus religionis ad Deum attingunt, ex alieno hoc fortuitur. Et per hoc patet, quod nec veritati, nec sibi aduersatur, author hoc in loco, sed omnia consonant, ut amplius in hoc tractatu liquida erit eius intentio ex ipsius doctrina.

ARTICVLVS VI.

Utrum religio sit praefenda alijs virtutibus moralibus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod religio non sit praefenda alijs virtutibus moralibus. Perfectio enim virtutis moralis consistit in hoc, quod attingit medium, ut patet in 2. Ethicor. sed religio deficit in attingendo medium iustitiae, quia non reddit Deo omnino aequale, ergo religio non est potior alijs virtutibus moralibus.

¶ 2 Præc. In his, quæ hominibus exhibentur, tantò videtur aliquid esse laudabilius, quanto magis indigenti exhibetur. unde dicitur Isa. 57. Frange ciuicentem panem tuum: sed Deus non indiget aliquo, quod ei a nobis exhibeatur, secundum illud Psalm. 15. Dixi domino, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. ergo religio videtur minus laudabilis alijs virtutibus, per quas hominibus subuenitur.

¶ 3 Præc. Quanto aliquid fit ex maiori necessitate, tantò minus est laudabile, secundum illud 1. ad Corinth. 9. Si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit, ubi autem est maior necessitas, cum ergo Deo maxime sit debitum,

his, quæ ad religionem spectant. Non enim potest iustitia legalis, nisi reddendo Deo debitum, virtutis, quam proximo. Propter quod non est habitus ne alienus Deus, ut finis est cultus sibi per religionem, cum potius sicut ad eam spectant: tunc ceterum

quod ei ab homine exhibetur, videtur quòd religio sit minus laudabilis inter uirtutes humanas.

SED CONTRA est, quod Exod. 20. ponuntur primo præcepta ad religionem pertinentia tamquam præcipua. Ordo autem præceptorum proportionatur ordini virtutum, quia præcepta legis dantur de actibus virtutum: ergo religio est præcipua inter uirtutes morales.

RESPON. Dicendum, quòd ea, quæ sunt ad finem, fortuitur bonitate ex ordine in finem. & ideo quòd sunt fini propinquiora, tantò sunt meliora. Virtutes autem morales, ut supra habitum est, sunt circa ea, quæ ordinantur in Deum, sicut in finem. Religio autem magis de propinquo accedit ad Deum, quam alia uirtutes morales, in quantum operatur ea, quæ directè, & immediate ordinantur in honorem diuinum: & ideo religio præcminet inter alias uirtutes morales.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd laus virtutis in voluntate consistit, non autem in potestate deficere. Et ideo ab aequalitate, quæ est medium iustitiae, propter defectum potestatis, non diminuit laudem virtutis, si non fuerit defectus ex parte voluntatis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in his, quæ exhibentur alteri propter eorum utilitatem, est exhibitio laudabilior, quæ fit magis indigenti: quia est utilior Deo autem non exhibetur aliquid propter eius utilitatem, sed propter eius gloriam, nostram autem utilitatem.

AD TERTIVM dicendum, quòd ubi est necessitas, tollitur gloria supererogationis: non autem excluditur meritum virtutis, si adfit uoluntas. Et propter hoc ratio non sequitur.

ad uirtutem moralem ea, quæ sunt potestatis, voluntatis, se habent formaliter. Et magis est habitus electius, ut dicitur in 2. Ethicor. Et propter hoc in posse non minus decorem, & excellentiam perfectio in uelle. Et ideo in licet actus perfectio in uelle, ex hoc, quòd non potest ad debitum possibile, ac per hoc equale, si ad meritum tendendum est enim ad formale rerum, & ad meritum gaudianda sunt.

Intra q. 88. artic. 6. cor. & q. 183. arti. 2. cor. Et 3. conc. 183. cor. 1. fi. Et quod 6. ar. 11. cor. 1. li. ca. 6. tom. 5.

Super Questionis octuagesimæ primæ Articulum secundum.

In artic. 6. eiusdem questionis 81. dubium occurrit ad hominem, & simpliciter. Nam superius in q. 88. artic. 6. author posuit iustitiam primam inter uirtutes morales: hic autem ponit religionem præcipuam inter easdem. Simpliciter autem, quia iustitia ordinatur ad proximum, religio autem ad Deum: ac per hoc religio præferenda est iustitiae, etiam legali, quæ ad bonum commune humanum ordinatur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd comparatio præfens, ad literam non fit, nisi inter partem, & partem, & non inter totum & partem. Iustitia autem legalis, & religio se habent ut totum & pars. Nam ad iustitiam legalem spectat ordinare ea, quæ religiosi, sicut ea quæ temperati, & quæ fortis. Unde & leges latae inueniuntur de

In art. eiusdem §. i. q. nota duo. Primò, quòd cum dicitur, Deo honorem exhibemus, non propter seipsum, sed propter, nò dicitur causam finalem, sed terminum vilitatis. Constat namq[ue] quòd colimus Deum propter seipsum, vt sciam, alioquin periret ad id esse vii sensus, sed non propter seipsum Dei, sed propter vilitatem ita q[ue] augmentu[m] gloriæ nec quodamque modo accrescere p[otes]t, de quo scriptum est, Nonne nostroru[m] non indiges. Recolè dum est quòd sciam quareque perfectio creata a funditè diuina non facit perfectius, ita nec quæcumque gloria creata adiuncta gloriæ diuine facit gloriōsius. Nec obicit, q[ue] gloria de genere suo sit bonum extrinsecum, vt ipse consistit in cognoscendo, et laudari. Nā sicut cognitio, æstimatione, laudatione altius ipsi Dei nullu[m] aditū cognito, æstimato, aut laudatio, facit maiorem: ita nec gloriæ, quam habet apud seipsum Deus in propria natura, & laude, quæcumque addita facit maiorem. In nobis ergo glorificat Deus cultu nostro in vniuerso extra Deum, non in seipso. Sed tamen hoc ipsum, quòd est extendi gloriæ eius, ad ipsum ordinandum est vt fieri, propter quem debet fieri, & ad quòd vniuersi bona ordinantur, quia est Deus. Senoniam, quia actus exterioribus vniuersi religio, vt signis exterioribus inferiores in se, vel in aliis. Et propterea talis debet esse modus in omnibus huiusmodi, vt si prima, secretaq[ue] sit ad solū interiorum, propriorum excitatione, consuetudine, vt augmentacionem mentitur. Si autē communia, aut publica ad cōmune, & publicam deuotionem spectandum est. Vnde & in responsione ad tertium, Geniales reprehenduntur: quia cibos, pontique, & huiusmodi ad nos spectant, Deo offerunt, quasi ei per se data.

ARTICVLVS VII.

Utrum religio habeat aliquem exterioriorem actum.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quòd religio non habeat aliquem exterioriorem actum. Dicitur enim lo. 4. Deus spiritus est, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet: sed exteriores actus non pertinent ad spiritum, sed magis ad corpus. ergo religio, ad quam pertinet adoratio, non habet actus exteriores, sed interiores.

¶ 2. Præter. Religionis finis est Deo reuerentiam, & honorem exhibere: sed videtur ad irreuerentiā alicuius excellentis pertinere, si ea sibi exhibeantur, quæ proprie ad inferiores pertinent. Cum ergo, ea, quæ exhibet homo corporalibus actibus, proprie videantur ad indigentias hominum ordinari, vel ad reuerentiam inferiorum creaturarum. ideo videtur quòd non congrue possint assumi in diuinam reuerentiam.

¶ 3. Præter. Aug. in 6. de ciuit. Dei, cōmēdat Senecā de hoc, q[ue] vituperat quosdam, qui idolis ea exhibebat, quæ solent hominibus exhiberi, quia. Sim mortalibus nō conueniūt ea, quæ sunt mortaliū: sed hæc multo minus cōueniūt Deo vero, qui est excelsus super oēs Deos. ergo videtur reprehensibile esse, quòd aliqui corporalibus actibus Deum colat. Nō ergo habet religio corporales actus.

SED CONTRA est, q[ue] in Psā. 83. dicitur. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum vniuersi: sed sicut interiores actus pertinent ad cor, ita exteriores actus pertinent ad mēbra carnis. ergo videtur q[ue] Deus sit colendus nō solū interioribus actibus, sed etiā exteriorib[us].

RESPOND. Dicendum, quòd Deo reuerentiam, & honorem exhibemus nō propter seipsum, qa seipso est gloria plenus, cui nihil a creatura adici potest, sed propter nos: quia videlicet per hoc, quòd Deum reueremur, & honoramus, mens nostra ei subijcitur, & in hoc eius perfectio consistit. Quælibet. nres perficitur per hoc, quòd subditur suo superiori, sicut corpus per hoc, quòd viuificatur ab anima. & aer per hoc, quòd illuminatur a Sole. Mēs autē humana indiget ad hoc, q[ue] cōiun-

In art. eiusdem q. nota identitatem simul, & differentiam religionis, & sanctitatis in hoc consistere, quòd identitas est realis, & rationis formalis essentialis. Vtraque enim reddit Deo debitum cultum. Sed differentia secundum rationem est in hoc, quòd religio directe respicit ea, quæ specialiter ad diuinum cultum pertinent, ut sunt ceremoniæ, sacrificia, oblationes, & huiusmodi. Sanctitas autem directe respicit mentem, & mediante mente respicit, & alia uirtutum opera, & etiā religionis opera, ita quòd tam religionis, quàm aliarum uirtutum opera respicit sanctitas mediante mente: quia uirtuti illis, ut per illa mentē applicet Deo, & conuequenter humanos actus a mente procedentes. Et hæc differentia manifestat author in litera bene perspecta, dum primo concludit, quòd sanctitas est, per quam mens hominis seipsum, & suos actus applicat Deo. Et postmodum dicit, quòd sanctitas religionis, aliarumque uirtutum opera refert in Deum secundum quòd homo se disponit. Et specialiter quo ad religionis opera hoc declarans subdit. Per bona quædam opera ad cultum diuinum pertinentia. Fuit autem specialis ratio de religionis potius quàm aliarum uirtutum moralium operibus declarandi, quòd disponunt hominem, quia sunt ad alterum. Opera enim mansuetudinis, temperantia, & huiusmodi, manifeste disponunt hominem in se. Ex hac autem differentia patet, q[ue] multi sunt religiosi, qui non sunt sancti. Omnes autem sancti sunt religiosi. Qui enim ceremonijs, sacrificijs, & huiusmodi vacant, religiosi uocari possunt, sancti autem nequaquam, nisi semetipsum intrinsecus per hæc Deo applicent.

gañ Deo, sensibiliū manu ductio: ne quia iustitiam Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur, vt Apost. dicit ad Ro. 1. Et ideo in diuino cultu necesse est aliquibus corporalibus uti, vt eis quasi signis quibusdam, mens hominis excitetur ad spirituales actus, quibus Deo cōiungitur. Et ideo religio habet quidē interiores actus quasi principales, & per se ad religionē pertinentes: exteriores uero actus quasi secundarios, & ad interiores actus ordinatos.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Dominus loquitur quantum ad id, quòd est principale, & per se intantum in cultu diuino.

AD SECVNDVM dicendum, quòd huiusmodi exteriora non exhibentur Deo quasi his indigeat, sicut illud Psā. 49. Nunquid māducabo carnes taurorum, aut sanguinē hircorum potabo? sed exhibentur Deo tāquam signa inferiorum, & spiritualium operū, quæ per se Deus acceptat. Vnde Aug. dicit in 10. de ciu. Dei sacrificiū uisibile, inuisibiliū sacrificij sacramētū, id est, sacrū signū est.

AD TERTIVM dicendū, quòd idolatræ deridetur ex hoc, quòd ea, quæ ad homines pertinent, idolis exhibebant, nō tamquàm signa excitantia eos ad aliqua spiritualia, sed tamquàm per se eis accepta: & præcipue quia erant uana, & turpia.

ARTICVLVS VIII.

Utrum religio sit idem sanctitati.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, q[ue] religio nō sit idē sanctitati. Religio. n. est quædam specialis uirtus, vt habitū est. Sanctitas autem dicitur esse generalis uirtus. Est enim faciens fideles, & seruantes ea, quæ ad Deum sunt iusta, vt Andronicus dicit. ergo sanctitas non est idem religio.

¶ 2. Præter. Sanctitas munditiā importare videtur. Dicit. n. Dion. 12. cap. de diu. no. q[ue] sanctitas est ab omni immunditia libera, & perfecta, & omnino immaculata munditia. Munditia autem maxime videtur pertinere ad temperantiam, quæ turpitudines corporales excludit. cum ergo religio ad iustitiā pertineat, videtur quòd sanctitas sit idem religio.

¶ 3. Præter. Ea quæ diuiduntur ex op-

debitum cultum. Sed differentia secundum rationem est in hoc, quòd religio directe respicit ea, quæ specialiter ad diuinum cultum pertinent, ut sunt ceremoniæ, sacrificia, oblationes, & huiusmodi. Sanctitas autem directe respicit mentem, & mediante mente respicit, & alia uirtutum opera, & etiā religionis opera, ita quòd tam religionis, quàm aliarum uirtutum opera respicit sanctitas mediante mente: quia uirtuti illis, ut per illa mentē applicet Deo, & conuequenter humanos actus a mente procedentes. Et hæc differentia manifestat author in litera bene perspecta, dum primo concludit, quòd sanctitas est, per quam mens hominis seipsum, & suos actus applicat Deo. Et postmodum dicit, quòd sanctitas religionis, aliarumque uirtutum opera refert in Deum secundum quòd homo se disponit. Et specialiter quo ad religionis opera hoc declarans subdit. Per bona quædam opera ad cultum diuinum pertinentia. Fuit autem specialis ratio de religionis potius quàm aliarum uirtutum moralium operibus declarandi, quòd disponunt hominem, quia sunt ad alterum. Opera enim mansuetudinis, temperantia, & huiusmodi, manifeste disponunt hominem in se. Ex hac autem differentia patet, q[ue] multi sunt religiosi, qui non sunt sancti. Omnes autem sancti sunt religiosi. Qui enim ceremonijs, sacrificijs, & huiusmodi vacant, religiosi uocari possunt, sancti autem nequaquam, nisi semetipsum intrinsecus per hæc Deo applicent.

¶ 1. io. cap. 5. inter princ. & medium tom. 5.

Art. 4. huius quest.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli dubium occurrat, quo pacto sanctitas, ut in litera dicitur, imperat actibus aliarum